



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

9

ANDREÆ ARGOLI

D. MARCI

SERENISSIMO ANNVENTE SENATV
EQVITIS,

MATHEMATICI PATAVINI LYCEI.

Dissertatio in Eclipsim Solis

12. Augusti 1654.

Et aliqua in Eclipsim Solis 1652. 8. Aprilis.

THE HISTORY OF THE

REPUBLIC OF THE UNITED STATES OF AMERICA

FROM 1776 TO 1876

BY

W. W. HUNT

AND

W. D. HOWLAND

EDITED BY

W. W. HUNT

AND

W. D. HOWLAND

NEW YORK

1876

Caelum cum Planetis , fixisque sideribus generales ,
 particularesque esse causas generationis , corruptio-
 nis , & immutationis omnium rerum inferiorum Phi-
 losophi præstantissimi experientia edocti (quæ est re-
 rum magistra) monumentis tradidere ; cuius effectus , vires ,
 & influxus quidam vt producti à causis euidentioribus nobis
 innotescunt ; alij ab occultioribus causis promanantes non
 nisi doctis , & sapientibus . Primi sunt , quorum medijs nau-
 tice , & agricolationis præcepta ordinamus , qui per Ortum ,
 & Occasum stellarum contingunt ; vt Pleiadum , Arcturi ,
 Hyadum , & aliarum ; quiquè ex Solis , Lunæ , aliorumq̃ Pla-
 netarum motibus , & influxibus proficiscuntur ; ex Solis nam-
 que motu in circulo Zodiaci tempora distinguuntur , atque
 dierum , & noctium inæqualitates ; & quo propius ad nostrum
 verticem , & Zenith accedente in terris singula exhilarantur ;
 herbę pubescunt , adolefcunt , maturantur in fruges ; flore-
 que coquuntur in poma ; & à Zenith recedente natura quasi
 immoritur , animalia claudunt vterum , aues transcunt in ca-
 lidiores , & apriciores regiones ; comæ decidunt ex arbori-
 bus ; herbæ sterilefcunt , terra nec fruges , neque flores e-
 ducat , in mo frigida niuibus cooperta miserè languescit .
 Idem Sol cum oritur , aut cum fixis occidit mutationes plu-
 res gignit . Oriente cum Cane syrio vexantur maria , feruent
 in dolijs vina ; Canes in rabiem aguntur , aliaque mira expe-
 rimur . Cum Pleiadibus , vel Arcturo ventos commouet , sic-
 que cum alijs stellis immutat assiduo aeris qualitates . Con-
 spicimus Lunę effectus euidenter , & influxus , maris fluxus ,
 & refluxus , rerum tumescentiam ex eius augmento , atque
 ex decremento exsiccationem , aliaq̃ innumera , præcipue æ-
 ris immutationem ex vario cum Planetis , fixisque congressu ,
 & configuratione . Sic varia conspicimus ex Planetis reliquis ,
 quorum causę patent hominibus ex assiduis obseruationibus .
 Cæterum influxus reliqui , immutationes magnæ præter na-
 turæ ordinem ; Monarchiarum , & dominiorum mutationes ,
 promulgationes legum nouarum , constitutiones generales ,
 bella , epidemiæ , penuriæ , & huiuscemodi , vt dicentes o-

4
riginem ab causis occultioribus non defacili patent, & elucescunt; quarum causas Antiquiores ex magnis coniunctionibus Saturni, & Iouis præcipuè, ex Solis Eclipsibus, & Crinitis stellis dependere excogitarunt, & quamuis harum Iouis, & Saturni coniunctionum Ptolemæus in Quadripartito de alijs discutiens non meminerit, de illis aliqua (licet obiter) & compulsi ex aliorum intuitu differemus, quæ ab alijs referuntur; cum principalis intentio sit de Eclipsi Solis celebranda 12. Augusti 1654.

Trigoni signorum Zodiaci quatuor sunt. Igneus constans ex tribus signis calidis, & siccis ♃ ♄ ♀. Terreus continens tria signa frigida, & sicca ♁ ♁ ♁. Aereus ex tribus calidis, & humidis ♊ ♋ ♌. Et aqueus constans ex tribus signis frigidis, & humidis ♉ ♊ ♋.

Contendunt Antiquiores ex coniunctione Saturni, & Iouis in principijs horum trigonorum immutationes inoriri magnas in vniuerso: quæ coniunctio in principio trigoni ignei, & ♃ patratur singulis annis 795. & ex principio vnius trigoni, in principium alterius in annis 199. & cum his euentibus.

In coniunctione dictorum Saturni, & Iouis in trigono igneo ♃ ♄ ♀ dominantibus Sole, & Ioue nouæ succedunt Monarchiæ, nouæ erectiones Imperij, & dominij, vno dominante, & dominium obtinente super Orbis maiorem partem; cum totius dominium absolutè obtinere ostendatur multis ex causis impossibile; quem Monarchiarum erectionis ordinem singulis annis 800. seruatum fuisse semper colligunt ex Historijs Medorum, Persarum, Romanorum, & aliorum qui dominium obtinuerunt. Anno ante Christi aduentum sexto celebrata coniunctione ♃, & ♄ in principio Trigoni ignei, & Arietis, Augustus imperium orbis obtinuit. In quo trigono ob Iouis dominium, & Solis tranquillitates magnæ oriuntur; vigent viri illustres, insignes, sapientes, verum ob Planetas dominantes, & signa calida, & sicca terra penuriã adducet, quæ omnia illis temporibus contingere. Post dictam coniunctionem annis 800. Carolus Magnus Galliarum Rex dissolutum fære Imperium Romanum in vnum redigite,

degit; hinc congrua ratione inter 1600. 1700. 1720. noua erigetur Monarchia: plurimis tamen initis bellis, & angustijs Monarchaque erit Septentrionalis.

Ante christum 779. Romanum cæpit Imperium, natus Romulus, constructi ludi Olympici, & institutio temporum. Ante Christum 1574. natus Moyses, & instituta lex. Ante Christum 2638. fuit diluuium vniuersale, quod incepit anno Mundi 1556. Anno ante Christum 3163. plurima contingere temporum vetustate ignota. Ante Christum 3957. conditus mundus in trigono igneo.

Saturni, & Iouis coniunctio in trigono terreo ♄ ♃; cui dominantur Venus, Luna, Mercurius, & Saturnus debilem obseruant decerni dominandi cruditionem; sed regnantium Principum ignauiam; Terremotus præterea, inundationes, subuersiones minatur ob Saturnum, & Martem Dominos Capricorni.

In trigono aereo ♃ ♌ ♍ recto à Saturno & Mercurio, molitur ex Coniunctione Saturni, & Iouis dissolutio Monarchiæ stabilitæ in trigono igneo, & translatio in aliam. In hoc trigono (qui perdurat annis biscentum) artes & scientiæ vigeant, præsertim Mathematicæ, & occultæ, ac viri insignes: verum improbissimi ob Mercurium, & Saturnum, deceptores, fallaces, atque libidinis vitij impliciti.

In aqueo trigono subiecto à Marti, & Lunæ ♃ ♋ X plurima infausta portenduntur à Marte, prælia, deuastationes Prouinciarum, inuasiones piraticæ; Multæ tamen insurgent in mechanicis inuentiones, vt accidit seculis 1400. 1500. inuentio bombardarum, artis Typographiæ, & aliarum. Insuper plures hæreses ob Martem, & Lunam vt vidimus Lutheri, Caluini, & aliorum. Sic ob Cancrum, & Scorpionem noui morbi atroces, vt lues Gallica, plica Polona, sudor Anglicus, & insuper bella plurima.

Contendunt etiam antiquiores leges institutas in aliquo trigono signorum retinere qualitates decretas à dominantibus Planetis illi trigono, addito semper Mercurio vt promulgatore, leges enim indigent verbis, persuasionibus, rationibus

tionibus & alijs significatis à Mercurio.

Quatuor leges promulgatæ sunt. Idolorum, Iudaica, Christiana, & Maumethana.

Idolorum lex in trigono incipit terreo ♃ ♄ ♀, ob dominiū Lunæ Veneris, & Mercurij luxui dedita fabulosa, plena delusionibus, cum adulterijs, amoribus, vitijs puerorum, Dijs plurimis; orta in Meridionali parte ob dominium Veneris, Assirijs Caldæis Babilonia; Belus Rex Assiriortum primus fuit, qui se cum alijs Dijs iussit adorandum.

Iudaica instituta in Oriente in trigono aereo ♃ ♄ ♀ cui dominantur Saturnus, & Mercurius, decernebat cultores industrios, loquaces, parādē pecunię deditos, vxuræ, diuortio.

Duxit originem Christiana in igneo trigono ♃ ♄ ♀. Dispositores Iuppiter, & Sol iustitiam decernunt, religionem, veritatem, pietatem: hinc cultores humani sunt, casti, religiosi, misericordes, pij, absque diuortio. Orta in Oriente sicut Iudaica, firmata in Septentrione, vbi Iuppiter dominatur, orta in ♃, firmata in ♀ in Saturni, & Iouis coniunctione, sub quibus trigonis Gallia, Hispania, Italia, Germania, Britannia, & illis lignis subiectæ regiones eam venerantur.

Maumethana lex inceptit in aqueo trigono ♃ ♄ ♀ in coniunctione Saturni, Martis, & Iouis Anno 591. cui trigono dominatur Mars, Venus, & Luna. Ob Martem cum Mercurio lex crudelitatis, violentiæ; fæda diuortio, libidine, pluralitate vxorum, inhumana, fundata mendacijs. Ob Venerem, & Lunam cultores libidinibus omnis generis addicti: ob Martem rationem habent in armis; ob licentiam peccandi, & luxum in maioris orbis parte confirmata.

Ptolemęus causas omnes constitutionum generalium reijcit in Solis Eclipses, & Cometas ex cuius sententia prognosticum hoc condidimus super Solis Eclipsim.

Coniunctis verè luminaribus in grad. 19. min. 32. sec. 50. Signi Leonis, Sol lumine hebetabitur die 11. Augusti 1654. hor. 22. min. 59. sec. 22. Post Meridiem, hora 1. ante meridiem diei 12. Romæ sub altitud. Pol gr. 41. min. 50.

Hora 1. m. 30. ante meridiem diei 12. Distantia luminariū à ver-

à vertice gr. 34. min. 57. latus longitudinis gr. 42. m. 7. latus latitud. gr. 41. m. 49. Solis parallaxis min. 1. sec. 41. parallaxis Lunæ m. 35. sec. 42. parallaxis Lunæ à Sole min. 34. sec. 1. Lunæ à Sole in longitudin. m. 23. sec. 52. Lunæ à Sole in latitud. min. 23. sec. 42. Solis semidiameter min. 15. sec. 5. semidiameter Lunæ m. 16. sec. 40. aggregatum semidiameterorum m. 31. sec. 45. Latitudo vera Lunæ m. 26. sec. 10. ablata parallaxis in latitud. min. 23. sec. 42. latitudo Lunæ visa min. 2. sec. 28. scrupula incidentiæ min. 31. sec. 39.

Hora 1. m. 0. ante meridiem ; Distantia luminarium à vertice gr. 31. m. 53. latus longitud. gr. 36. min. 55. latitudinis gr. 47. m. 7. ; Parallaxis Solis min. 1. sec. 33. Parallaxis Lunæ min. 32. sec. 55. parallaxis Lunæ à Sole min 31. sec. 22. ; parallaxis Lunæ à Sole in longitud. min. 19. sec. 17. In latitud. m. 24. sec. 38. semid. Solis m. 15. sec. 5. ; Semidiameter Lunæ m. 16. sec. 40. Diameter Solis min. 30. sec. 10. Latitudo vera Lunæ m. 28. sec. 45. ablata parallaxi in latitud. m. 24. sec. 38. Latitudo visa Lunæ m. 4. sec. 7. excessus ambarum semidiameterorum min. 27. sec. 38. Digiti ecliptici, & obscurationis gr. 10. m. 57. Motus horarius Lunæ à Sole m. 31. sec. 33. ablata differentia inter parallaxes longitudinis idest m. 4. sec. 35. horarius motus apparens Lunæ min. 26. sec. 58. Scrupula incidentiæ min. 31. sec. 28. distributa per motum m. 26. sec. 58. tribuunt hor. 1. m. 10. sec. 0.


Scrupula incidentiæ superius reperta m. 31. sec. 39. dant hor. 1. min. 10. sec. 25.

A principio ad medium Eclipsis erit duratio hor. 1. m. 10. sec. 25. A medio ad finem h. 1. min. 10. sec. 0.

Tota duratio h. 2. m. 20. sec. 25. Parallaxis Lunæ à Sole in longitudinem min. 19. sec. 17. distributa per motum horarium apparentem dictum m. 26. sec. 58. tribuunt min. 42. sec. 58. quibus apparens Eclipsis præcedit veram cum fiat in quadrante orientali.


	D. H. M.		D. H. M.
Principium.	11 21 49		11 21 6
Vera Medium.	11 22 59	P.M. Appar.	11 22 16 P.M.
Finis.	12 0 9		11 23 26

SCHEMA ECLIPSIS



FIGVRA CAELESTIS ECLIPSIS.

126 144



Difficillimum est posse reperiri coniunctionem luminarium infeliciorem, & peius affectam hac; in qua luminare maius, robur potentiae vitalis, & animantium omnium parens priuatur lumine; obsessus inter Saturnum, & Martem cum Cauda Draconis, stellisque fixis maleficis absque villo beneficorum Iouis, aut Veneris auxilio; infausa eapropter plura mundo euentura timenda; quae sua bonitate omnipotens Deus auertat.

In hac solari Eclipsi, quae celebratur die 12. Augusti 1654, hora singula ante Meridiem, vndecim ferè corporis partes obscurantur à lunaris corporis interpositione ex duodecim, quibus totus constat eius discus; coniunctis partiliter luminaribus dictis in gradibus decem, & nouem, atque minutis trigintatribus signi Leonis prope angulum Meridianum.

Cum synodus fiat inter dictum angulum Meridianum, & orientalem pro effectibus praesagiendis considerandus est locus deliquij, seu Eclipsis pro significationibus Planetarum; nec non succedens angulus orientalis ex Ptolemæo; quamuis nec spernendus antecedens, & Meridianus ex aliorum opinione, & ratione cum Eclipsis celebretur prope Medium Cæli. Pro significatis verò stellarum fixarum spectandus est idem Deliquij locus, & angulus antecedens Meridianus; cum enim Planetæ moueantur ex Occidente in Oriens; & in hac luminarium coniunctione pertransierint angulum Meridianum, & remaneant Occidentales à Sole, hac ratione pro ijs Ptolemæus considerat angulum succedentem, & Orientalem; Stellæ fixæ verò cum tardissimè moueantur ex Occidente in Oriens deferuntur motu primi mobilis (vel secundum aliquos motu Telluris) ad angulum Meridianum, suntque Orientales à Sole validiores, & spectabiles.

Defectiuo loco, & Eclipsi dominatur ob Leonis signum praecipuè Sol; verùm in hoc casu luminaribus facultates istæ ex Ptolemæo non tribuuntur, sed tantùmmodò vt excipiant Planetarum, & fixarum stellarum dominia, & augeant ea, vel diminuunt. Hinc Iuppiter, & Mercurius in dicto loco Eclipsis

B p̄is

psis obtinent prærogatiuas; Iuppiter nempe trigonum, & terminos Mercurius; qui Planetæ in cælesti figura in suis dignitatibus, & domicilijs constituti cum dicto loco defectus, cum luminaribus nullo modo configurantur.

In sumendo dominio loci defectiui, & anguli illi succedentis præponit Ptolemæus applicationem corporalem, & coniunctionem Planetarum omnibus alijs quibuscumque, ut aspectibus, & quinque dignitatibus domicilio, exaltationi, trigono, terminis, faciei; Hinc Saturnus, & Mars corporaliter iuncti luminaribus & loco Eclipsis, & potentes in angulo succedente erunt dispositores validi, & primarij spectandi in tanto deliquio; cum in angulo succedente, & signo Libræ Saturnus obtineat exaltationem, Marsque in anguli cuspide terminos, & præterea dominium totius domus Orientalis ob signum Scorpionis subsequens.

Circa inerrantes stellas. Luminaria, & locus Eclipsis reperiuntur cum venenoso Corde Hydræ, stella de natura Saturni, & Veneris; Cum obscura in Helice naturæ Veneris, & Lunæ, & cum stella Australi in collo Leonis malefica de natura Martis, & Saturni.

Saturnus est cum Oculo Corui de natura Martis, & Saturni. Cum stella Boreali in pede Vrsæ maioris naturæ Martis. Cum lucida in Argonau naturæ Saturni, & Mercurij. Cum Australi in Capite Leonis de natura Martis, & Saturni; & prope Cor Leonis stellam regiam de natura Iouis & Martis.

Mars reperitur cum stella in dextero genu Maioris Vrsæ, naturæ Martis. Cum nebulosa eiusdem Vrsæ naturæ Lunæ, & Veneris. Cum stella in lance Australi Libræ naturæ Saturni, & Mercurij; & cum stellis in Argonau Saturninis, & Iouialibus.

Angulus Cæli medij est cum Afellis de natura Solis, & Martis. Cum stella in Argonau de natura Iouis, & Saturni, & cum obscura Vrsæ maioris naturæ Veneris, & Lunæ.

Quæ à Marte, & Saturno minitantur hæc numerantur à Ptolemæo.

Mars seuit in humanū genus, bellis intestinis seditionibus,
Pro-

**Prouinciarum excidijs, locorum depopulationibus, tumulti-
bus plebis, Principum indignationibus, afflictionibus ab
illis, & interitu; militum frequentibus inuasionibus, sanguini
effusionibus contentionibus damnis, contumelijs, capi-
tiuitatibus. Ardentes, & exitiosas febres generat, ter-
tianas, continuas, morbos acutos, erisypelata, inflamma-
tiones, maligna ulcera, aliasque ex humore cholericco affe-
ctiones; Violentas mortes, incendia, latrocinia, rapinas;
Ventorum, afflatus calidos, tabificos, pestilentes adducit in
aerem, fulminum eiaculationes; Fontes exsiccat, absorbet
aquas: subitas parit nauium submersiones in mare, ventos
inordinatos, pyratikas inuasiones, atque infauita similia.**

**Nascentes in terra fructus Mars diuersimodè, modis, &
tempore corrumpit pernicioso æstu, & conflagratione; om-
niaque viuentibus commoda subuertit.**

**Saturnus suis qualitatibus maleficis etiam minatur in lo-
cis, & regionibus in quibus Solis defectus conspicitur in sin-
gulis deploranda. Diurnos & chronicos morbos humo-
rum defluxu, tabes, marcores, dolores, vitia cutis, lienis,
vesicæ, mortes, præcipue grandioris ætatis, & seniorum;
exilia, carceres, captiuitates, molestias, angustias, timores,
terrores, ægri tudines ex melancholici humoris redundan-
tia. Animalia Bruta ad hominum usum inferuentia, & ido-
nea minuit; mortiferam vim intert rebus, vt homines illis ve-
scentes lædantur. Frigus glaciolum, horrendum, nubilo-
sum parit in aera, densas nubes, caligines, copiosas niues,
omniaque cum detrimento viuentium. In mare seuas tem-
pestates, naufragia, difficiles nauigationes; piscium interit-
us, atque eorum penuriam. Caritatem frugum, frumenti
inopiam decernit, & eorum, quæ victui sunt necessaria ex
aquarum inundationibus, grandine, nimborum impetu, ani-
malibus, vt locustis, erucis, quæ singula humanam vitam in-
festant.**

**Quæ decernuntur à Saturno, & Marte coniunctis cum Io-
co Eclipsis à maleficis stellis fixis sumunt incrementum; præ-
cipuè nullis eos adiuuantibus beneficis.**

Superius dicta ex Ptolemæi textu fideliter colliguntur; ex alijs Antiquioribus hæc habentur.

Solis Eclipsis infestata à maleficis in signis igneis bella portendit, incendia locorum, & Prouinciarum euerfiones, & depopulationes, grassantes ægritudines ex humoribus biliosis. In signo fixo, ardua bella, Principum coniurationes, & dissensiones, in illis damna, & aliquando mortes; commotiones ventorum magnas; victui necessariorum penuriam, mala in ædificijs, & foundationibus. In signo quadrupede animalium noxiorum multiplicationem, & luen vt ilium vt equorum bouum, pecudum, & aliorum. Eclipsis in Cæli medio agit generaliter in ætatem virilem Reges, Principes, Magistratus, potentes nobiles infaustè.

Autumnale Aequinoctium in angulo succedente Eclipsi dominatum à Saturno, & Marte absque aspectu beneficorum generaliter portendit ex Ptolemæo viarum abscissionem, coniurationes contra Principes, subditorum rebelliones, incerturam censuum, & reddituum; Ventorum copiam, frugum penuriam, sterilitatem, terremotus.

Intensissimæ qualitates Martis, & Saturni maleficæ (quamuis inter se contrariæ) vt potentissimè inuicem non remittuntur: Earum verum quælibet pro ratione anni temporis, & dominij super loca defectus, eorum opposito, & quadrato in reuolutionibus anni tempore durationis effectuum, varioque interstitio effectus proportionatos sibi vendicabit.

Cæterum dubitandum de generali constitutione epidemix ob stellas in loco Eclipsis Cor Hydræ; obscuram in Hælice, Genu Leonis, & Cauda Draconis cum complicantia Saturni, & stellarum dictarum cum Saturno, & Marte dominantibus etiam in angulo Orientali, quæ singula proportionata sunt pro huiusmodi constitutione Epidemica.

Pro locis afficiendis à constitutionibus generalibus quibuscunque significatis ex hoc solari defectu; necesse vt ibi conspiciatur Eclipsis, cum ob Parallaxim, seu diuersitatem aspectus multoties Eclipsis non sit apparens vbiq; locorum.

In Ciuitatibus seu locis necesse vt signum Eclipsis sit idem

ac

ac signum cui supponuntur; & cum plurimæ Ciuitates retineant Geneses temporum sub quibus fuerint constructæ; si consensus, & identitas signi fuerit proximior in gradibus Ascendentis erectionis Ciuitatis, & Eclipsis, decerneretur effectus validior. In multis enim Ascendens innotescit, vt Romæ 15. Leonis, & Venetijs Cancrî 24.

In Prouincia afficienda sat est vt concordet trigonus, & sit sub trigono signi defectiui; hinc celebrata hac Eclipsi in signo Leonis, afficientur non solum regiones subiectæ signo Leonis; verum etiam suppositæ signis Arietis, & Sagitarij eiusdem trigoni. In Ciuitatibus verò, vt diximus necesse est vt sint suppositæ signo Leonis, & Eclipsis.

Leonis signo subiiciuntur Gallia togata, Alpes, Italia, Sicilia, Boemia, Roma, Rauenna, Vlma, Gemonæ, Confluentia, Praga, Linzium, Cremisium, Mantua, Cremona.

Arieti Gallia, Brittannia, Sueuia, Silesia superior, Polonia.

Sagittario Hispania, Illiria, Dalmatia, Vngaria.

Aliæ regiones etiam extra Europam possunt conspici in nostris Ephemeridibus, & alibi.

Duratio effectus Eclipsis dependet ex ipsius Eclipsis tempore durationis cum quælibet hora decernat annum integrum durationis ex Ptolemæo, & obseruationibus, & cum à principio ad finem hæc Eclipsis duret horis circiter duabus, cum triente par est ad summum constitutiones, quæ producuntur duraturas duobus annis & quatuor mensibus.

Si Eclipsis fiat in Oriente principium effectus significati continget in primis quatuor mensibus. Si fiat in Medio Cæli inter quartum mensem, & octauum à principio quò fuit celebrata Eclipsis. Si in Occidente ab octauo mense ad duodecimum; præsupponitur iam Eclipsis supra terram.

Hæc Eclipsis cum fiat prope Medium Cæli decernit effectus principium inter quartum mensem, & octauum; & neglecta præcisa distantia Eclipsis à linea Medij Cæli à die 11. Decembris 1654., & 9. Aprilis 1655.

Ab hoc principio (quodcumque fuerit) per trientem spatij

tij durationis (quæ supponitur annorum duorum, & quatuor mensium) idest per nouem menses & dies constitutio suscipiet continuum incrementum. Post alios nouem menses, & dies effectus erit maximus, & in vigore. Quo spatio absoluto in alijs nouem mensibus constitutionis effectus paulatim dimineretur, & tandem sedabitur.

Nulla Eclipsis Solis potest perdurare etiam totalis plus horis duabus cum dimidio æquinoctialibus, hinc nulla calamitas quæcumque significata poterit perdurare plus annis duobus cum dimidio.

Lunæ Eclipsis non potest producere calamitatem; cum duratio horarum in Lunæ Eclipsis significet menses; Lunæ Eclipsis durat ad summum horis tribus cum dimidia æquinoctialibus, & per consequens significat effectus trium mensium cum dimidio, in quo tempore nulla poterit adesse spectabilis calamitas.

In constitutionibus generalibus vt Epidemia, & alijs, vario temporis interstitio effectus aliquando augentur, aliquando minuuntur, nec semper permanent in eodem statu, & qualitate, vt experimur in Epidemijs, & bellis: existente enim maximo feruore in peste, ex improviso diminuitur per multos dies; reedit deinceps feruor, & aliquando maior subiens plurimam sæpe variationem; quod idem in bellis obseruamus ob plures causas inter exercitus.

Accidit hoc in Eclipsis ex continuis coniunctionibus, oppositionibus, & quadraturis luminarium incidentibus tempore constitutionis; quo tempore si generales significatores constitutionum (vt in nostro casu Saturnus, & Mars) malefici aspexerint locum Eclipsis, aut trigonum eius loci, vel alio modo malè affecerint, effectus augebitur; Sin minus, aut luminaria fuerint benè disposita cum beneficis Ioue, aut Venere, minuetur. Eodem modo si tempore coniunctionum, oppositionum, vel quadraturarum luminarium Mars, & Saturnus fuerint validi, emergentes è Solis radijs, aucti motu, & lumine effectus augebunt; sicut stationarij (cum firmi magis operentur) & fuerint cum aspectu loci Eclipsis

clipsis augebunt. Si è contra occultentur sub Sole, fuerint occidentales, retrogradi debiles, effectus generalis constitutionis minuetur. Quæ obseruanda in quolibet ex his aspectibus Solis cum Luna tempore durationis constitutionis.

Cæterum Nati subijciuntur generalibus constitutionibus, vel ex loci constitutione in quo nascuntur; vel in quo habitant; acquirunt enim utroque modo qualitatem loci, & stellarum verticalium ibi dominantium; nam quemadmodum degens in aliqua Ciuitate auræ illius qualitates suspicit; experitur Solis ardores validos, refrigeratur ventis, madescit imbribus, effectusque salubritatis vel intemperie i experitur illius loci; ita acquisita natura loci, & imbibita qualitate eiusdem, etiam afficitur à constitutione generali, qua fuerit Ciuitas oppressa; & eò magis si eius Genitura obtinuerit consensum cum erectione illius Ciuitatis.

Afficiuntur constitutione illi præcipuè in quorum Genituris, loca luminarium, & Ascendens consenserint cum figura Eclipsis.

Afficiuntur similiter illi; in quorum Genituris locus Eclipsis fuerit in Ascendente, vel locis luminarium.

Pereunt omnimodo si eorum Genituræ consenserint cum figura erectionis Ciuitatis, vel trigono Eclipsis, & præterea adfuerit directio, profectio vel anni reuolutio infaulta.

Euadunt qui mutant locum, & eligunt non subiectum generali constitutioni; nec cum consensu Ciuitatis, vel Trigoni loci defectiui; nec cum erectione Ciuitatis, & stellis verticalibus: quæ singula subiiciuntur generali constitutioni.

Euadunt quando Almuten Genituræ, & Planetæ plures dignitates obtinens in figura cælesti dominatur loco Eclipsis, & causæ generali illius constitutionis.

Euadunt quando Almuten dictus liber omnino fuerit à maleficis, & eo tempore adfuerint directiones, profectioes, & reuolutiones faustæ pro vita; quamuis enim generalia sint particularibus validiora, ex tot causarum particularium mixtione vis generalis debilitatur.

Quibus non obstantibus etiam Nati mala experientur. Cæterum

terum si generalis constitutio fuerit epidemia, per cōtagium, poterunt affici etiam loca non subiecta signo ecliptico, & trigono.

EX præcepto personæ Serenissimæ hunc laborem suscepimus, cupientis scire, ea quæ in hoc Solari defectu portenduntur; ex arte numerauimus, libuit aliqua deinceps adijcere non spernenda.


Magni momenti ad futurum censemus, si trutinetur complicatio effectuum Eclipsis præcedentis celebratæ 8. Aprilis huius Anni 1652. cum superioris celebrandæ 1654. decretis; Cum enim ambæ celebrentur in angulo Meridiano, in vtrisque effectus incipient demonstrari inter quartum, & octauū mensem ab Eclipse, & coniunctione luminarium; hinc constitutiones si quæ fuerint decretæ ab Eclipse 1652. incipient 8. Aprilis inter 7. Augusti, & 7. Nouembris; & cum Eclipsis duratio fuerit horis duabus cum minutis viginti, constitutiones, & effectus durabunt annis duobus cum triente; & per consequens protrahentur constitutiones, & effectus vsque ad Autumnum 1654. & includent principium Eclipsis dictæ patrandæ 12. Augusti 1654.

Hæ duæ Eclipses contendunt in prauitate ob earum posituram, & dominatores; etiam si obseruatæ partes in illa 1654. sint maiores; supponuntur namque ex calculo partes 11. ex duodecim totius corporis; in hac verò 1652. admodum minores Romæ, Patauij, Venetijs, & alibi obseruatæ; quamuis Ismael Bullialdus excussam miserit huc, Parisijs obseruatam esse cum defectu partium decem; diuersitas enim oritur ex Parallaxi, quæ nobis Septentrionalibus est Australis semper.

Pro dominatoribus in loco Eclipsi, considerandus est, (vt diximus superius) locus defectiuus, & angulus succedens, qui sicut in alia est Orientalis.

In loco Eclipsis Sol obtinet exaltationem ob signum A-
 rietis ; in angulo succedente Luna habet domicilium ; vt di-
 ximus ex Ptolemæo excluduntur à dominio ; Mars est domi-
 nus loci defectiui ; Saturnus ob coniunctionem retinet præ-
 rogatiuam in angulo succedente . Iuppiter vtrique loco do-
 minatur loco Eclipsis ob trigonum , & angulo succedenti
 ob exaltationem ; verùm debilis , peregrinus in suo casu , in
 domo cadente , & ægritudinum in quadrato luminarium , &
 oppositione anguli succedentis , qui non poterit nisi mala
 portendere . Mars ergo est potentior dispositio Eclipsis ,
 cum participatione Saturni , & Iouis ; qui singuli suas vires ,
 & significata adducent .

FIGVRA ECLIPSIS.



Infausta figura ob maleficos angulares absque auxilio beneficorum, cum Iuppiter infelicissimè sit constitutus; & Venus inter procellosas Pleiades.

Cæterum infaustæ constitutiones generales possunt contingere in globo Telluris ob terremotus, subuersiones, & ruinas. In aquis ex inundationibus summersione, naufragijs. In aere ex ventorum afflatibus, tempestatibus, fulminibus. In satis ex sterilitate, penuria, & fructuum collectione. In animalibus ex multiplicatione noxiorum, vt serpentum, locustarum, vermium; vel ex lue vitulium Equorum, bouum, suum, pecudum, & aliorum. In homine ex bellis, seditiõnibus, captiuitatibus, peste, grassantibus morbis mutationibus Monarchiarum, Imperiorum, dominij. In his omnibus obesse Saturnus, & Mars sunt parati; præcipuè verò Mars in suo domicilio potentissimus in angulo Medij Cæli cum Mercurio partiliter, & Capite Draconis; adducet enim ardua bella, nouas seditiõnes, Principium iras, & coniurationes, sanguinis effusiones, subditorum rebelliones, tumultus, militum frequentes inuasiõnes; & eo magis iunctus Mercurio, qui latrocinia, depredationes, piraticas inuasiõnes adducit, Martis vires spectabiliores decernendo, & potentiores; Calidas item Mars, acutas, & exitiosas ægritudines pariet, & grassantes; sicut ob nimium ardorem, & siccitatem sterilitatem, & penuriam, & in Arietis signo incendia, & depopulationes.

Portendit Saturnus infausta æqualia numeratis in alia Eclipsi; ægritudines longas, recidiuas, fluxiones, dolores, mortes seniorum; damna in animalibus vitilibus, & multiplicationem noxiorum, mala spectabilia, & imperfectiones in aere; tempestates in mare; penuriam frumenti, & eorum, quæ victui sunt necessaria, captiuitates, angustias.

Iuppiter potens in loco defectus, & anguli succedentis, (quæ loca radijs maleficis intuetur) in domo ægritudinum; morbos de sui natura decernet ex hæpatis nempe caliditate, & sanguinis exuperantia; præcipue verò ex humoribus icorosis

gras-

grassantes variolas, & morbillos, cum plurimum nece; nocetque personis, & rebus Ecclesiasticis.

Confirmant infausta significata Planetæ, locus Eclipsis, & angulus succedens omnes cum stellis maleficis, & ex maiori parte de natura Saturni; Medium Cæli cum stellis in Andromeda; in base Trianguli, & in Sede Cassiopeæ. Eclipsis cum stellis pluribus de natura Saturni. Angulus succedens etiam cum stellis de eiusdem Saturni natura; quæ ut plurimum Epidemicos morbos, & contagiosos portendunt.

Eclipsis in Medio Cæli agit in Principes, virilem ætatem, messes, castra munita, & Ecclesias semper infaustè dominata à maleficis.

Aequinoctium vernalis locus Eclipsis tribuit detrimenta in arborum pullulatione; nocetque religioni, & Sacris aliquo pacto.

Solstitium æstiuum locus anguli succedentis agit in mutationem dominiorum, Reipublicæ, dominij Principum, & fructus terræ.

Subiiciuntur influxibus, & afficiuntur Ciuitates suppositæ signo defectiuo (ut diximus in alia Eclipsi) Prouinciæ verò fat est ut sint sub trigono loci Eclipsis, & sic in Υ Ω Φ .

Prouinciæ suppositæ signis Υ Ω Φ sunt numeratæ; & possunt aliæ in tabulis conspici.

Ciuitates subiectæ signo Arietis. Neapolis, Capua, Ancona, Imola, Ferraria, Florentia Bergamum, Lindaium, Traiectum, Cracouia, Bransuichum, Marsilia, Cæsar-Augusta; aliæquæ in tabulis spectandæ.

Suppositæ Cancro angulo succedenti. Burgundia, Granata, Olanda, Zelanda, Scotia, Constantinopolis, Venetiæ, Tunisum, Lucca, Pifa, Mediolanum, Vicentia.

Qui afficiuntur à constitutionibus generalibus diximus in alia Eclipsi; sicut qui non afficiuntur. Remanet dubium in discutendum; An in natiuitate alicuius gradus Solis sit idem, qui Eclipsis, & Sol in Natiuitate non sit significator vitæ, an constitutio interimat Natum, hic casus est in Principe supremo.

mo. Videbimus quæ contingent.

Figura huius Eclipsis est eadem cum illa erectionis Venetiarum, & præterea adest Saturnus in Orientali angulo.

Argolus die 3. Augusti 1652. scribebat.

FINIS.

27 H.M. Borgheo

Hoc est corpus meum quid denotet. fol. 145. et 23.
Quid peccatum originale, concupiscentia, Austeritas
impudicitia, Solasides fol. 229. 230

Liberius pontifex episcopi impatientia ritus Arianorum
confessione subscripsit sed illam credendam nunquam
proposuit. 383.

S. August. Hæreticos puniendos pronuntiat si absit
periculum maioris mali incurrendi fol. 400.

Libro Concordia subscripserunt Electores, et alij
protestantes principes viginti; Comites 28; Ciuitates
Imperiales 36. fol. 412.

